

SPECIES ALIQUOT NOVÆ VEL MINUS COGNITÆ
GENERIS MEGACHILE LATR. (ET CHALICODOMA LEP.).

A H. FRIESE Oenipontano descriptæ.

Conspectus subgenerum.

Clypeus ♀ prolongatus rotundatus crenulatusque, ♂ antennarum articulo 3 quarto longiore aut æquali *Chalicodoma* LEP.

Clypeus aliter formatus.

Mandibulæ 2-dentatae, abdomen ♂ ♀ fere semper tomentosum, ♂ coxis anticis segmento que anali semper armatis. *Pseudomegachile* FRIESE.

Mandibulæ ♀ forcipatae nec forficatae, clypeo brevissimo, transverse carinato, species maximæ. 22—40 mm. longæ. — Asia. *Eumegachile* FRIESE.

Mandibulæ ♀ 4-dentatae, forficatae, ♂ antennarum articulo 3 quanto multo breviore. Metatarsus ♀ basi apice latior, corpore fulvo- aut rufo-hirsuto, scopa rufa aut nigra aut rufa nigraque mixta. *Megachile* s. str.

Metatarsus ♀ basi apice que latitudine æqualis, sæpe angustus, lateribus parallelis, corpore albido- aut albo-hirsuto, scopa alba aut albida nigraque mixta. *Paramegachile* FRIESE.

1. *Megachile leucomalla* GERST. ♂.

♂.— Nigra, albo-hirsuta, ut ♀, sed antennis fuscis, subtus rufis, articulo anali oviformi; abdominis segmentis 1—4 albo-fimbriatis, 5—6 disco albo-pubescentibus, 6 excavato, apice spinosis, 7 occulto, ventralibus 1—3 medio productis, ibique aureo-sericeis; pedibus nigris, coxis anticis styliferis, tarsis anticis albidis, dilatissimis, articulo 1 antice ad formam dentis prolongato. — Long. 14 $\frac{1}{2}$ —15 mm, lat. 4 $\frac{1}{2}$ mm.

Graecia, Dalmatia (Vrana, 23. Juli 1894. LANGHOFFER). *Hungaria*.

2. *Megachile analis* * var. *albida* n. var.

♂.— Abdominis segmentis 3—5 pallide ciliatis, mesonoto pallide- vel flavescenti-piloso (Mor.).

Suecia, Turcestania (Jagnob-Dikbolan).

* Als Synonym gehört zu *Meg. analis*: *Megachile Küninemanni* Alflen, Entom. Nachr. XXIII. 1897. p. 161. ♂ ♀. (!)

3. *Megachile lagopoda* var. *algira* n. var. ♂ ♀.

Thorace abdomineque plus minusve fusco-hirsutis, scopa nigrescente.
Algeria. (Mus. Budapest, Berlin und Wien).

4. *Megachile diabolica* n. sp.

♀.— Nigra, obscure fusco-hirta, ut *muraria* (Chalicodoma), sed clypeo brevi truncatoque, sparsim grosseque punctato, mandibulis quadridentatis, apice rufo; abdomine sparsissime punctato, fere nudo nitidoque, scopa nigra, segmentorum ventralium marginibus rufis, metatarso latissimo; alis fuscis, violaceo-micantibus. — Long. 16—18 mm. lat. 6 mm.

3 ♀ von *Kasikoporan*, Russ. *Kurdistan* (KÖNIG).

5. *Megachile genalis* MOR. ♂.

♂.— Nigra, fulvo-hirsuta, ut *buyssonii* ♂, sed abdominis segmento 6 utrinque dentato, dentibus postice vergentibus. — Long. 11—11½ m m
Hungaria (Com. Bars, Mus. Budapest).

6. *Megachile fervida* SM. ♂.

Nigra, fulvo-hirsuta, abdomine rufo-tomentoso, ut *lagopoda*, sed ♀ scopa albida, marginibus flavis, ♂ femoribus antieis rufis, tibiis triquetris parte inferiore rufis, tarsis flavidis, paulo dilatatis, coxis antieis styliferis extrorsumque gibbosis, gibbis rufo-tomentosis. — Long. 16 mm.

China, Kaulun, Halbinsel bei Hongkong, 2 ♀ am 2. Sept. 1891 (SEITZ),
♂ von *Japan* 1893 (Mus. Wien).

7. *Megachile doederleinii* n. sp. ♂ ♀.

Nigra, sparsim nigro-hirta, thorace dense fulvo-villoso, abdominis segmento 1 sparsim fulvo-piloso, 2—3 basi grosse fossulate punctato, ♀ clypeo transversim carinato, scopa sparsa, fusca, in segmento 1 fulva, ♂ facie aureo-pilosa, segmento 6 inermi, segmentis ventralibus 2—4 lateribus fossulate-punctatis. — Long. ♀ 25—26 mm. ♂ 18—20 mm.

Japonia 3 ♂, 3 ♀, Mus. Strassburg, coll. SCHULTHESSI.

8. *Megachile foesteri* GERST. ♂.

♂.— Nigra, feminæ similis, sed capite æquali, facie longissime pilosa; abdomine densissime rufo-tomentoso, segmento 6 convergente, medio semicirculariter exciso, utrinque irregulariter 3—4 serrato, 7 spinoso; segmento ventrali 5 glabro, profunde emarginato; coxis anticis styliferis, tarsis postice longissime nigro- et albo-fimbriatis, articulo 2—3 dilatatis.— Long. 18 $\frac{1}{2}$ mm. lat. 5 $\frac{1}{2}$ mm.

Asia minor (♂ Mus. Budapest).

9. *Megachile foersteri* var. *albescens* n. var. ♂ ♀.

Nigra, ut *foersteri*, sed abdominis segmentis 1—5 densissime albido-tomentosis, segmento 6 plus minusve rufo-testaceo-piloso.

Asia minor, *Taurus cilic.* Gülek 4♀ 1♂ (HOLTZ.)

10. *Megachile flavipes* var. *turcestanica* n. var. ♀.

♀.— Ut *flavipes*, sed abdominis segmentis 1—2 sanguineis.

Asia centr. Nia 1350 m.

11. *Megachile flavipes* var. *fasciata* n. var. ♀.

♀.— Ut *flavipes*, sed antennis femoribusque nigris, abdominis segmentis 1—4 albo-fasciatis, nec non testaceo-tomentosis.

Turcestania.

12. *Megachile breviceps* n. sp. ♀.

♀.— Nigra, griseo-hirta, abdomine plus minusve fulvo-tomentoso aut quamuloso, scopa grisea, antennis, tegulis pedibusque nigris, clypeo brevissimo, margine 5-crenulato. — Long. 11 mm.

Hispania (SCHMIEDEKNECHT).

13. *Megachile mucorea* n. sp. ♂ ♀.

Nigra, flavo-griseo-villosa, aut tomentosa, ut *flavipes*, sed major, antennis pedibusque nigris, ♀ abdominis segmentis marginibus albido-fasciatis, fasciis lateribus dilatatissimis, saepe segmentorum basi mucorea, segmentis 5—6 totis mucoreis, ♀ scopa grisea, ♂ coxis anticis styliferis, tarsis anticis 1—3 albis, postice dilatatis, niveo-tomentosis, 1 intus nigro-

maculato, segmento 6 margine toto serrulato, 7 carinato spinulosoque. — Long. 13—15 mm. lat. ♀ 4 $\frac{1}{2}$ mm.

Aegyptus in floribus Echii, mense Aprili et Majo; MORICE, SCHMIEDEKNECHT (Mus. Budapest, Wien, Berlin).

14. *Megachile incana* n. sp. ♂ ♀.

Nigra, dense albo-griseo-villosa, ♀ mandibulis bidentatis, scopa fusca aut badia, metatarso fere parallelo, ♂ coxis anticis inermibus, abdominis segmento 6 utrinque longe spinoso, margine irregulariter dentato-serrato, segmento 7 triangulari, marginibus tumidis, subtus dente longissimo, apice bilobato, armato; pedibus albido-pilosis, tarsis fuliginos-setosis. — Leng. 16—16 $\frac{1}{2}$ mm. lat. 5 $\frac{1}{2}$ —6 mm.

Aegyptus (SCHMIEDEKNECHT) (Mus. Budapest, Berlin).

15. *Megachile nasidens* n. sp. ♂ ♀.

Nigra, ut *sicula*, sed segmentis 2—5 (6) brevissime umbrinohirtis, ♀ clypeo medio ad formam dentis prolongato; mesopleuris, metathorace abdominalisque segmento 1 niveo-pilosus, antennis totis nigris, scopa rufa; ♂ capite, thorace abdominalisque segmento 1 niveo-pilosus, metatarsis quasi parallelis. — Long. ♀ 14—18 mm. ♂ 13—14 mm.

Algeria, in deserto Lybiæ, mense Majo.

16. *Megachile lefeburei* var. *tristis* n. var. ♂ ♀.

Ut *lefeburei*, sed ♀ abdomine maculis albidos carente, metathorace et segmento 1 solis utrinque albo-pilosus, ♂ fere toto nigro-hirsuto.

Dalmatia.

17. *Megachile lefeburei* var. *albomaculata* n. var. ♀.

♀.— Ut *lefeburei*, sed thorace abdominalisque segmentis 1—2 albido-hirsutis, segmentis 2—5 utrinque evidenter albo-maculatis.

Hispania.

18. *Megachile desertorum* var. *atratorfa* n. var. ♀.

♀.— Ut *desertorum*, sed pectore, thoracis lateribus, metathorace, abdominalisque segmento 1 fusco-hirsutis.

Aegyptus (Mus. Wien).

19. *Megachile luteipennis* n. sp. ♀.

♀.—Nigra, pedibus rufis, ut *sicula*, sed alis luteis, capite, thorace abdominisque segmento 1, basique 2 brevissime rufo-hirtis, clypeo brevi, truncato, medio evidenter carinato, margine anteriore fere serrato; scopa sparsa nigra, mediaque parte ferruginea. — Long. $14\frac{1}{2}$ mm. lat. $5\frac{1}{2}$ mm.

Algeria.

20. *Megachile leucopus* n. sp. ♂.

♂.—Nigra, fulvo-griseo-hirsuta, abdominis segmento 6 utrinque dentato, medio emarginato, margine serrulato, segmento 7 spiniformi, tarsis anticis albidis, retrorsum albo-setosis, setis incrassatis apice nigris, tarsis posterioribus rufis. — Long. 12— $12\frac{1}{2}$ mm.

Algeria.
